Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

P.Terentij sex:|| quae extant: Comoediae. An=||dria. Eunuch[us]. Heautontimo=||rumenos. Adelphi. Ecyra.|| Phormio.|| ... [qui]=||b[us] erudita Philippi Melę Brettani p̃posita est epi||stola ... || ...

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

Actvs qvintvs

urn:nbn:de:bsz:31-114211

Visual Library

Daturum.Me.uah,fruſtra igitur gauiſus miſer.
Quid uis tamen iam malo,q̃ hunc amittere.
Quid nunc renunciem abs te reſponſum Chreme?
Ne ſentiat me ſenſiſſe atq; ægre ferat?Ch.
Aegre?nimium illi Menedeme indulges.Me.ſine.
Inceptum eſt.perfice hoc mihi perpetuo Chreme.Ch.
Dic conueniſſe,egiſſe te de nuptiis.Me.
Dicam,quid deinde?Ch.me facturum eſſe omnia,
Generum placere,poſtremo etiam ſi uoles,
Deſponſatam quoq; eſſe dicito.Me.hem iſtuc uolueram.Ch.
Tanto otius te ut poſcat,& tu id quod cupis,
Quam ociſſime ut des.Me.cupio.Ch.ne,tu propediem
Scio(ut iſtam rem uideo)iſtius ſaturabere,
Sed hæc ita ut ſunt,cautim & paulatim dabis,
Si ſapies.Me.faciam.Ch.abi intro,uide quid poſtulent.
Ego domi ero ſi quid me uoles.Me.ſane uolo.
Nam te ſcientie faciam quicquid egero.

ACTVS QVINTVS.

MENEDEMVS CHREMES.

Septenarii,partim Senarii Iambici.

EGo me non tã aſtutũ,neq; ita perſpicacẽ eſſe id certo ſcio.
Sed hic adiutor meꝰ,& mõitor,& ꝑmõſtrator Chremes,
Hoc mihi præſtat,in me quid uis harum rerum conuenit.
Quæ ſunt dicta in ſtultum,caudex,ſtipes aſinus,plumbeus.
In illum nil poteſt.nam exuperat eius ſtulticia hæc omnia.Ch.
Ohe,iam deſine deos uxor gratulando obtundere.
Tuam eſſe inuentam gnatam,niſi illos ex tuo ingenio iudicas,
Vt nihil credas intelligere,niſi idem dictum ſit centies.

Sed quid interim illic iamdudum gnatus ceſſat cum Syro? Me.
Quos ais hoīes Chremes ceſſare? Ch.ehem Menedeme aduenis,
Dic mihi Cliniæ,quæ dixi, nunciauiſtin? Me.omnia.Ch.
Quid ait? Me.gaudere adeo accœpit, quaſi qui cupiunt nuptias.
Ch.Ha.ha.he. Me.qd riſiſti? Ch.ſerui uenere in mentem Syri
Calliditates.Me.ita ne? Ch.uoltus quo hoīm fingit ſcelus.Me.
Gnatus qđ ſe aſſimulat,lætū id dicis? Ch.id.Me.itidē iſtuc mihi
Venit in mentem.Ch.ueterator.Me. magis ſi magis noris putes
Ita rem eſſe .Ch.ain tu? Me.quin tu auſculta.
Ch.mane.hoc prius ſcire expeto,
Quid perdideris.nam ubi deſponſatam nunciaſti filio,
Continuo inieciſſe uerba tibi Dromonem,ſcilicet
Sponſæ ueſtem,aurum,ancillas,opus eſſe argentum ut dares.Me.
Non.Ch.quid non? Me.non inquam.
Ch.neq; ipſe gnatus.Me.nihil prorſus Chreme,
Magis unum etiam inſtare,ut hodie conficerent̄ nuptiæ.Ch.
Mira narras,quid Syrus meus? ne is quidem quicq̄? Me,nihil.
Ch. Quā ob rē? Me.neſcio eqdē.ſed te miror,q alia tā plane ſcias.
Sed ille tuus quoq; Syrus idem mire finxit filium,
Vt ne paululum quidem ſuboleat amicam eſſe hanc Cliniæ . Ch.
Quid ais? Me.mitto iam oſculari atq; amplexari,id nihil puto.
Ch.Quid eſt,quod amplius ſimuletur? Me.uah.Ch.quid eſt?
Me.audi modo.Eſt mihi in ultimis ꝯclaue ædibus quoddā retro.
Huc eſt intro latus lectus,ueſtimentis ſtratus eſt.Ch.
Quid poſtq̄ hoc eſt factū? Me.dictū ac factū,huc abiit Clitipho.
Ch.Solus? Me.ſolus.Ch.timeo.Me.Bacchis conſecutaſt
Ilico.Ch.Sola? Me.ſola.Ch.perii.Me.ubi abiere intro,
Operuere hoſtium.Ch.hem,Clinia hæc fieri uidebat? Me.quid

Ni? mecũ una ſimul. Ch. Filii amica ẽ Bacchis Manedeme, occidi.
Me. Quamobrẽ? Ch. Decem dierum uix mihi eſt familia. Me.
Quid iſtuc times? quod ille operam amico dat ſuo? Ch.
Immo amicæ. Me. Si dat? Ch. An dubium id tibi eſt?
Quenquam ne animo tam communi eſſe, aut leni putas,
Qui ſe uidente amicam patiatur ſuam? Me. ah. ah. he.
Quidni? quo uerba facilius dentur mihi. Ch.
Derides? merito mihi nunc ego ſuccenſeo.
Quot res dedere, ubi poſſem perſentiſcere,
(Ni eſſem lapis) quæ uidi? ue miſero mihi, an ne illud haud
Inultum, ſi uiuo, ferent. Me. Nõ tu te cohibes? non te reſpicis?
Non tibi ego exempli ſatis ſum? Ch. Præ iracundia
Menedeme, non ſum apud me. Me. Te ne iſtuc loqui?
Nonne id flagitiumſt te aliis conſilium dare,
Foris ſapere, tibi non poſſe auxiliarier? Ch.
Quid faciam? Me. id quod me feciſſe aiebas parum
Fac te eſſe patrem ſentiat, fac ut audeat
Tibi credere omnia, abs te petere & poſcere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deſerat. Ch.
Immo abeat potius multo quo uis gentium,
Quam hic per flagitium, ad inopiam redigat patrem,
Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus
Menedeme, mihi illæc uere ad raſtros res redit. Me.
Quot incommoda tibi in hac re capies niſi caues?
Difficilem oſtendis te eſſe, & ignoſces tamen
Poſt, & id erit ingratũ. Ch. ah neſcis q̃ doleã? Me. Vt lubet.
Quid hoc quod uolo. ut illa nubat noſtro, niſi quid eſt
Quod mauis? Ch. Immo & gener, & affines placent.

Me.Quid dotis dicam te dixiſſe filio?
Quid obticuiſti? Ch.Dotis? Me.Ita dico,
Ch.Ah.Me.Chreme
Nequid uereare, ſi eſt minus, nihil dos nos mouet. Ch.
Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decreui ſatis.
Sed ita dictu opus eſt, ſi me uis ſaluum eſſe, & rem, & filium,
Me mea omnia bona doti dixiſſe illi. Me.Quam rem agis?
Ch.Id mirari te ſimulato, & illum rogitato ſimul,
Quã ob rem id faciã.Me.quin ego uero q̃ ob rem id facias neſcio.
Ch.Ego ne? ut eius animũ, qui nunc luxuria & laſciuia
Diffluit, retundã,& redigã, ut quo ſe uortat neſciat.Me.qd agis?
Ch.mitte, ac ſine me in hac re gerere mihi morem.Me.ſino.
Ita ne uis? Ch.ita.Me.fiat. Ch.Age iam ut uxorẽ accerſat, paret
Hic ita ut liberos eſt æquom, dictis confutabitur,
Sed Syrũ.Me.quid eũ?Ch.ego ne?ſi uiuo adeo exornatum dabo,
Adeo depexum, utq; dum uiuat, meminerit ſemper mei,
Qui ſibi me pro ridiculo ac delectamento putat.
Nõ (ita me dii amẽt) auderet hæc facere uiduæ mꝉieri,q̃ i me fecit.

CLITIPHO. MENEDEMVS. CHREMES. SYRVS.

¶ Iambici.Tetrametri.Trimetri pauci Trochaici admixti.

Ta ne tandem quæſo eſt Menedeme, ut pater
i Tam in breui ſpatio omnem deiecerit animũ patris?
Qđ nam ob facinꝰ? qd ego tm̃ ſceleris admiſi miſer?
Vulgo id faciunt.Me.ſcio tibi eſſe hoc grauius multo,ac durius
Cui fit.uerum,ego haud minus ægre patior id, qui neſcio,
Nec rationem capio, niſi quod tibi bene ex animo uolo. Clit.
Hic patrem aſtare aiebas?Me.eccũ.Ch.qd me incuſas Clitipho?
Quicquid ego huius feci, tibi proſpexi, & ſtultitiæ tuæ.

Vbi te uidi animo eſſe omiſſo, & ſuauia in præſentia
Quæ eſſent prima habere, neq; conſulere in longitudinem,
Cœpi rationem, ut neq; tu egeres, neq; ut hæc poſſes perdere.
Vbi (cui decuit primo) tibi non licuit per te mihi dare,
Abii ad proximos, tibi qui erant eis cõmiſi, & credidi,
Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium Clitipho.
Victus, ueſtitus, quo in tectum te receptes. Clit. Hei mihi. Chre.
Satius eſt, q̃ te ipſo herede hæc poſſidere Bacchidem. Sy.
Diſperii, ſceleſtus, quantas turbas conciui inſciens? Clit.
Emori cupio. Chre. prius quæſo diſce quid ſit uiuere.
Vbi ſcies, ſi diſplicebit uita, tum iſtoc utitor. Sy.
Here licet ne? Chr. loq̃re. Sy. at tuto. Chr. loq̃re. Sy. q̃ iſtaſt prauitas
Quæue amentia eſt, quod peccaui id obeſſe huic? Chre. illicet
Ne te admiſce, nemo accuſat Syre te. nec tu aram tibi
Neq; precatorem pararis. Sy. qd ais? Chre nihil ſuccenſeo, nec tibi,
Nec huic, nec uos eſt æquom quod facio mihi. Sy.
Abiit, ac rogaſſe uellem. Clit. quid? Sy. unde mihi peterem cibũ,
Ita nos abalienauit, tibi iam eſſe ad ſororem intellego. Clit.
Adeon rem rediſſe, ut periculum etiam famæ mihi ſit Syre? Sy.
Modo liceat uiuere, eſt ſpes. Clit. quæ? Sy. nos eſurituros ſatis.
Clit. Irrides in re tanta, neq; me quicq̃ conſilio adiuuas? Sy.
Immo, & ibi nunc ſum, & uſq; dudum id egi. dum loquitur pater.
Et quantum ego ĩtellegere poſſum. Clit. quid? Sy. nõ aberit lõgi⁹.
Cli. Quid id ergo? Sy. Sic eſt, non eſſe te horum arbitror.
Cli. quid iſtuc Syre? Satin ſanus es?
Sy. ego dicam quod eſt mihi in mente, tu diiudica.
Dum iſtis fuiſti ſolus, dum nulla alia delectatio,
Quæ propior eſſet te, indulgebant, tibi dadant. nunc filia

Poſtq̃ eſt inuenta uera, inuenta eſt cauſſa, qua te expellerent. Cli.
Eſt ueriſimile. Sy. an tu ob peccatum hoc eſſe illum iratū putas?
Cli. Non arbitror. Sy. nunc aliud ſpecta. Matres omnes filiis
In peccato adiutrices, & auxilio in paterna iniuria
Solent eſſe, id non fit. Cli. uera dicis, quid ergo nunc faciā Syre?
Sy. ſuſpitionem iſtam ex illis quære, rem profer palam.
Si non eſt uerum, ad miſericordiam ambos adduces cito,
Aut ſcibis cuius ſis. Clit. recte ſuades, faciam. Sy.
Sat recte hoc mihi nunc in mentem uenit.
Nanq; adoleſcens q̃ in minima ſpe ſitus erit, tam
Facillime, patris in leges conficiet ſuas.
Etiam haud ſcio an ne uxorem ducat, at Syro nil gratiæ erit.
Quid hoc autē eſt? ſenex exit foras, ego fugio, ob hoc qđ factū ſt.
Miror non iuſſiſſe ilico arripi me. hinc nunc Menedemū
Pergā, eum mihi precatorē paro, ſeni noſtro fidei nihil habeo.

SOSTRATA. CHREMES.

¶ Eiuſdem rationis, præter Dimetrū unum.

P Rofecto niſi caues tu homo, aliquid gnato ꝓficies mali
Idq; adeo miror, quo mō tā ineptū qcq̃ potuerit tibi
Venire ī mētē mi uir. Chr. oh, pergī mulier moleſta eē? ullā ne ego
Rem unq̃ uolui, quin tu in ea re mihi aduerſatrix fueris Soſtrata?
At ſi rogitē iam qđ eſt qđ peccē, aut quā ob rē hoc faciā neſcias,
In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? So. ego neſcio. Chr.
Immo ſcis potius q̃ qdem redeat ad integrū hæc eadem oro. So.
Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta poſtules. Chr.
Non poſtulo, iam loquere. nihilominus ego hoc faciam tñ. So.
Facies? Chr. uerū. So. nō uides q̃tum mali ex ea re excites?
Subditū ſe ſuſpicatur. Chr. ſubditum ain tu? So. certe inq̃ mi uir

Ch.Cófitere tuũ nó eſſe.So.ah,obſecro te, iſtuc nr̃is inimicis ſiet,
Egon confitear meũ nó eſſe filiũ, qui ſit meus? Ch.
Quid metuis? nóne cũ uelis cóuincas illũ eſſe tuum? So.
Quod filia eſt inuenta.Ch.Nó,ſed quod magis credẽdum ſiet,
Id quod eſt conſimilis tuis moribus,
Conuinces facile ex te natũ. nam tui ſimilis eſt probe.
Nam illi nihil uitii eſt relictũ, quin id itidem ſit tibi.
Tum præterea talem niſi tu, nulla pareret filium.
Sed ipſe egredit̃ q̃ ſeuerus, rem cum uideas cenſeas.

CLITIPHO. SOSTRATA CHREMES. ℭ Eiuſdem numeri.

I unq̃ ullũ fuit tẽpus mater cum ego uoluptati tibi
Fuerim dictus filius tuus tua uoluntate, obſecro
Eius ut memineris, atq; inopis nunc te miſereſcat mei,
Quod peto & uolo, parentes meos ut cómonſtres mihi. So.
Obſecro te mi gnate, ne iſtuc in animũ inducas tuum,
Alienũ eſſe te.Clit.Sum.So.Miſeram me, hoccie q̃ſiſti obſecro?
Ita mihi atq; huic ſis ſuperſtes, ut ex me atq; hoc natus es.
Et caue poſthac (ſi me amas) unq̃ iſtuc uerbũ ex te audiam. Ch.
At ego (ſi me metuis) mores caue in te eſſe iſtos ſentiam. Clit.
Quos? Ch.Si ſcire uis,ego dicam, gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo, damnoſus, crede, & noſtrum te eſſe credito. Clit.
Non ſunt hæc iam parentis dicta.Ch.Non ſi ex capite ſis meo
Natus, itidem ut aiunt Mineruam eſſe ex Ioue. ea cauſſa magis
Patiar Clitipho flagitiis tuis me infamẽ fieri.So.
Dii iſtæc ꝓhibeant.Ch.Deos neſcio.ego qđ potero enitar ſedulo,
Quæris id quod habes, parentes, quod abeſt nó quæris, patri
Quo modo obſequare, & ut ſerues quod labore inuenerit.
Non mihi per fallacias abducere ante oculos? pudet

Dicere hac præſente uerbum turpe, at te illud nullo modo
Facere piguit. Cli. Eheu, q̃ ego nunc totus diſpliceo mihi,
Quam pudet, neq; quod principium incipiam ad placandũ ſcio.

MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

¶ Tetrametri, & Septenarii.

Nimuero Chremes nimis grauiter cruciat aduleſcẽtulũ,
e Nimiſq; inhumane, exeo ergo ut pacem cõciliẽ, optũe
Ipſos uideo. Ch. Ehem Menedeme, cur nõ accerſi iubes
Filiam, & quod dixi dotis firmas? So. Mi uir te obſecro
Ne facias. Clit. pr̃ obſecro mihi ignoſcas. Me. Da ueniam Chreme,
Sine te exorẽ. Ch. Egon mea bona ut dem Bacchidi dono? ſciens
Non faciam. Me. At id nos nõ ſinemꝰ. Cli. Si me uiuũ uis pater,
Ignoſce. So. age Chremes. Me. age q̃ſo, ne tã offirma te Chreme.
Ch. Quid iſtuc? uideo nõ licere (ut cœperam) hoc pertẽdere. Me.
Facis ut te decet. Ch. Ea lege hoc adeo faciam, ſi id faciat
Quod ego hũc æquom cenſeo. Cli. pater, om̃ia faciã, impera. Ch.
Vxorem ut ducas. Clit. pater. Ch. nihil audio. Me. ad me recipio,
Faciet. Ch. nihil etiam audio ip̃m. Ch. perii. So. An dubitas Cliti-
pho? Ch. Immo utrum uult. Me. Faciet omnia.
So. Hæc dum incipias grauia ſunt,
Dumq; ignores, ubi cognoris, facilia. Ch. Faciam pater. So.
Gnate mi, ego pol tibi dabo puellã lepidam, quã tu facile ames,
Filiam Phanocratæ noſtri. Clit. Rufam ne illam uirginem?
Ceſiam? ſparſo ore? adunco naſo? non poſſum pater. Ch.
Eia ut elegans eſt, credas animũ ibi eſſe. So. Aliam dabo. Clit.
Quid iſtuc? quandoquidẽ ducenda eſt, egomet habeo ꝓpemodũ
Quam uolo. So. nunc laudo te gnate. Clit. Archonidis filiam. So.
Perplacet. Cli. pr̃ hoc nũc reſtat. Ch. qd? Clit. Syro ignoſcas uolo,

Quæ mea cauſſa fœcit. Ch. fiat. Vos ualete & PLAVDITE.

FINIS HEAVTONTIMORVMENOS.

ACTA LVDIS FVNERALIB. Q. FAB. MAX. P. CORNELIO APHRICANO. AEDILIB. CVRVLIB. EGERE. L. ATTILIVS PRAENESTINVS, MINVTIVS PROTIMVS. MODOS FOECIT FLACCVS CLAVDIVS. TIBIIS SARRANIS FACTA GRAECA MENANDRI. L. ANITIO. M. CORNELIO COSS.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

Mitio ſenex.	Demea ſenex.
Sannio leno.	Aeſchinus aduleſcens.
Syrus ſeruus.	Cteſipho aduleſcens.
Soſtrata matrona.	Cantara nutrix.
Geta ſeruus.	Hegio ſenex.
Dromo ſeruus.	

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA,

¶Senarii omnes

QVos cum haberet Demea aduleſcentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Aeſchinum,
Sed Cteſiphonem retinet. hunc Citharistriæ
Lepore captum, ſub duro ac triſti patre
Frater cælabat Aeſchinus famam rei,
Amorem in ſe transferebat. deniq;
Fidicinam lenoni eripuit, uitiauerat
Idem Aeſchinus ciuem Atticam pauperculam,
Fidemq; dederat, hanc ſibi uxorem fore.
Demea iurgare, & grauiter ferre. mox tamen